

Data Pisani cives campum faciunt, et
 destructæ urbis grandia, et innu-
 mera spolia inter se dividunt, præ-
 ordinatis, et constitutis ecclesiæ Pi-
 sanæ maximis, et pretiosis mune-
 ribus in palliis, et vestibus, et vasis
 argenteis, et eburneis quampluribus
 atque crystallinis, adjunctis super
 hæc regaliū ornamentorum insigni-
 nibus. His itaque peractis omnibus
 Pisani cives, et totus exercitus cap-
 tis spoliis naves onerant, et in eas
 intrantes cum omni prosperitate
 ad sua loca remeant. Habitus est
 autem Majoricæ triumphus, et
 Christiani exercitus gloriosus re-
 gressus.

Anno Domini incarnationis mil-
 lesimo centesimo ^{MCXVI} decimo sexto præ-
 sidente in urbe Roma beate me-
 moricæ ^{secundo} papa Pascale X. Qui vixit
 in papatu annos decem, et octo,
 menses ^V quinque, dies ^{VI} sex. Migravit
 autem ad Dominum anno Domini
 incarnationis ^{MCXVIII} millesimo cente-
 simo decimo octavo. Cui successit
 venerabilis papa Gelasius ^{II} ~~secundus~~
~~secundus~~, qui veniens Pisam, Pisanam